



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## QVÆSTIO XI.

*An non igitur Deus est misericors?*

RESP. Est ille quidem misericors, verum ita ut etiam sit iustus<sup>a</sup>. Quapropter postulat eius iustitia, quod aduersus summam Dei Maiestatem commissum est, nec per Baptismum aut Penitentiam expiatum, id quoque ut summis, hoc est sempiternis, cum animi, tum corporis supplicijs luat<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Exod. 34, 6, 7. <sup>b</sup> 2. Thess. 1, 5, 6, 7, 8, 9.

SECUNDA PARS  
DE LIBERATIONE  
HOMINIS.

DOMINICA V.

## QVÆSTIO XII.

*Quoniam igitur iusto Dei iudicio temporalibus & aternis pœnis obnoxij sumus, estne reliqua vlla ratio aut via, quâ his pœnis liberemur, & Deo reconciliemur?*

RESP. Vult Deus suæ iustitiæ satisfieri<sup>a</sup>, quocirca necesse est, vel per nos<sup>b</sup> vel per alium satisfaciamus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Deut. 27. 26. <sup>b</sup> Ezech. 18, 4. <sup>c</sup> Pf. 69. 5, 2. Cor. 5, 21.

## QVÆSTIO XIII.

*Possimusne ipsi per nos satisfacere?*

RESP. † *Aliqua ex parte<sup>a</sup>: † Nisi<sup>b</sup> † Nulla<sup>c</sup> debitum in singulos dies augeamus<sup>d</sup> peccatis peccata accumulantes.*

<sup>a</sup> Iob. 9, 2. <sup>b</sup> Rom 2, 5.

<sup>c</sup> Iob. 9, 2. *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.*

RESP. <sup>a</sup> Ex rigore iustitiæ, verum est: at poterit, vi promissionis factæ, & sibi rite applicatæ.

## QVÆSTIO XIV.

*Potestne vlla creaturarum, in cælo vel in terrâ que tantum creatura sit, pro nobis satisfacere?*

RESP. Nulla. Nam principio non vult Deus, quod homo peccauit, id in vlla alia creatura plectere<sup>a</sup>, ad condignam satisfactionem. Deinde nec potest quidem, quod nihil nisi creatura sit, iram Dei aduersus peccatum sustinere, & alios ab ea liberare<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Gen. 2. 17. <sup>b</sup> Ierem. 4. 4. Pf. 130. 1.

## QVÆSTIO XV.

*Qualis ergo quarendus est Mediator?*

RESP. Qui verus quidem homo sit<sup>a</sup>, ac perfectè iustus<sup>b</sup>, & tamen omnibus creaturis potentior, hoc est, qui simul etiam sit verus Deus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> 1. Cor. 15, 21. Hebr. 2, 14. Hebr. 2, 17. <sup>b</sup> Heb. 7, 26. <sup>c</sup> Ose. 1, 7. Ier. 23, 6.

DO-